π c
1810

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432405-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432405-p0002-1

Qk. 534, 48. B. m. II c 1810

AD DIVVM FRIDERICVM PRINCIPEM Saxoniæ ducẽ: Miſnæ Marchionẽ: Turingiæ comitẽ: Sacri Imperii Electorẽ & gubernatorẽ &c. Vnicũ Muſarũ columen decus atq; præſidium.

RICARDI SBRVLII EQVITIS FORO/iulienſis Liberaliũ Artium doctoris ac ꝓfeſſoris ĩ Academia Wittẽburgenſi/ Poetæ clariſſimi Cleomachiæ LIBER PRIMVS

Otho Beckman Vuartbergius
Candido Lectori.

Quid iam Bilbilici uerſas Epigrammata vatis:
Aut quid Naſonis plectra canora ſtupes
Sbrulia: ſi neſcis: ſuperant iam ſcripta leporis
Quicquid habet Latium Teutonicũq; ſolum
Ergo ne parcas nũmis Germana iuuentus:
Vt relegas vatis: carmina culta: mei.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Richardo Sbrulio Foroiuliano: phiæ doctori ac poetæ clarissimo Christo/phorus Scheurlus I. V. Doctor Salutem.

Q: si sepricio hortanti: ut eplās: si quas paulo cura ma/iore scripsisset: colligeret publicaretq;. C. Plinio acqeuit: quid est mi suauissime Sbruli, q; hoc ipsum de carmini/bus tuis mihi consulenti: morem gerere dubitas? Inter quos ex studio& similitudine: addo etiā linguæ Itale cō mertio. tanta intercessit familiaritas. ut alter alteri nihil negare debeat. An nescis nobis non solis natos esse: sed ortus nr̄i partem patriā partē amicos uendicare debere? Patria tibi non est Forūiulii sed Saxonia: nō Vtinū sed Vuittenberga. Vbi doces. ubi ꝓfiteris & fideliter & sūmo ingenii succesſu. Quia igit̄ diu uiuere nobis negatū est/relinquas aliquid quo te uixisse testeris: hoc est ede publica versiculos tuos elegantes lepidos uenustos. quibus Germāos nr̄os laudas & celebras: quib9 te nō apud Germanos sed germanū fuisse posteritati insinues. Nec te moueat male lr̄ator& iuditiū: Si mō iuditiū dicendū est & nō mendatiū. Satis est doctis constare. te esse bonum poetam & neothericū Ouidiū cōsalutari/propterea q; te dicūt illi ut sanguinis nobilitate ita & ingenii facilitate non esse imparem. Legimus etiam Homeromastigas non defuisse. Inuidia se uirtuti semper p̄buit comitem: q̄ instar fumi: nō nisi in altū tendit. Ab hac iniuria te vindicabunt optimi principes nr̄i: sœculi huius mecenates: Federicus & Ioannes: qui uirtutē q̄to magis ab inuidulis supprimit̄: tāto magis exrollūt. qui te (sicut par est) ob incredibilē uirtutē tuam diligunt fouent cōplectuntur. Vale & amicitiā cole. Vittenberge ex officina nr̄a lr̄aria/Calendis Sextilibus. Anno a natali Christiano decimo supra Millesimū quingentesimūq;.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

AD DIVVM FRIDERICVM PRINCIPEM Saxoniæ ducē: Miſnæ Marchionē: Turingiæ comitē: Sacri Imperii Electorē & guber natorē &c. Vnicū Muſarū columen decus atq; præſidium.

RICARDI SBRVLII EQVITIS FORO/ iulienſis Liberaliū Artium doctoris ac pfeſſoris i Academia Wittēburgenſi/ Poetæ clariſſimi Cleomachiæ LIBER PRIMVS

Ecquis abortiuis mihi nūc donabitur? ecquis
Suſcipiet prompta pignora manca manu?
Non mihi Tindaride nō eſt generatus Adonis:
Non bonus Endimion: non ſpecioſus Hilas:
Nō Anchiſiades non eſt ſuſceptus Iaſon:
Non Phrygius paſtor: Dardaniusue puer.
Non mihi Bellerophon: nō eſt troianus Iulus:
Nō quemcūq; ſacer laude poeta refert.
Eſt mihi progenitus quē fedo dicitur ore:
Iuppiter ex altis præcipitaſſe polis.
Si modo progenies dici mutilata meretur:
Materies formæ diſſociata ſuæ.
Hoc ego nunc dono ſeu pingui ſiue pudendo:
Donabo dñm te Friderice meum.
Nam tibi qui titulos ſexcentaq; cōmoda debet:
Ingenii debet ſic monumenta ſui.

Sæpius ipſe meas conſueſti tollere nugas:
Ipſe Aganippeis exaturatus aquis.
Accipias igitur quicqd tibi muneris edo:
Hoc quodcũq; tamẽ pignus amoris erit.
Nec te uerſiculi ſi qui uideantur inepti
Offendant: animũ non uideamus opus.
Iuppiter ut fatuo non eſt offenſus ab ore:
Tu quoq; futilibus ne uiolere modis.
Non hæc ambitio dicas cretata cogit
Edere: ſunt meritis hæc tribuenda tuis.
Nam mea ſemideis obnoxia pectora noſcet
Poſteritas canam perſpicietq; fidem.
Nec quiſquã niſi liuor iners hæc uellicet unq̃:
(Sed te patrono liuor obeſſe nequit.)
Huic tu des uitam ſi defit uita libello:
Qui tuus in longam deſtinat eſſe diem.

R. S.

AD EVNDEM.

Non hæc æolio pulſata poemata plectro:
Et minus Aoniæ ſunt modulata deæ.
Offerimus teneris deductũ carmen ab annis:
Tunc quũ permeſſus uix mihi notus erat.
At tu ne temnas fidi munuſcula ſerui:
Sæpe probat magnus uilia thura deus.
Nec quid te deceat: ſed qua dem reſpice mente:
Cuncta boni meritũ dona clientis habent.
Supplicat æthereo gens ruſtica lacte tonanti:
Nec tamen æthereo diſplicet illa Ioui.

Mactat inops humilẽ diis immortalibus agnã:
Nec tamen a ſuperis ſpernitur ille deis.
Non eſt turpe modo diuos quocunq; uereri
Inſpiciunt ſolam numina cuncta fidem.
Si minus Aſcreos redolent mea carmina fontes
Attamen hæc fidei ſunt monimenta meæ.
Ergo ſuſcipias hilari dux optime vultu:
Quicquid fida tibi/fert & amica manus.

R. S.

AD EVNDEM.

Eſſe quid hoc dicã? toto gradiuus in orbe
Sæuit/& expulſo nunc Ioue cuncta rapit.
Cuncta rapit Mars:& mors oñia rapta ſubinde
Perdit/& ex uno mille pericla ruunt.
Iuppiter in cœlo:Neptunus in æquore ſæuit:
Pluto ſub umbroſo ſæuit & ipſe ſolo
Regna Iouis pauidæ tranant conuexa uolucres:
Non nihil & ſolito more uolare timent.
Nauita cœruleum confuſus nauigat æquor:
Nec ſibi confidit remigioq; ſuo.
Dardanius ſtygias hæros non audet ad vndas
Tendere/nec rurſus cum genitore loqui.
Tanta polis nunc ſunt/& tanta pericula ponto:
Et terræ:ut deceat quenq; timere ſibi.
Tranſeo liuorem/qui quãuis infimus extet:
Alta tamen quauis depopulatur ope.
Qui ſapit/is tantas cupit euitare procellas
Rectoremq; ſuæ quærit ubiq; ratis.

Tu mihi (dũ fragili patronũ quæro carinæ)
Occurris cui dem uela regenda mari.
Vela regenda mari quis em̃ tibi tradere nolit?
Cum uel ſyrenes tutus adire queas.
Cum poſſis medias illeſus tangere ſyrtes:
Et quæ ſunt medio condita ſaxa ſalo.
Ergo age deuoto cõmiſſam pectore cymbã
Suſcipe: & in portum dirige quæſo ſuum.
His te uerſiculis uiſit dominumq; ſalutat:
Sbrulius ille tuus/ſeruulus ille tuus.

R. S.

AD EVNDEM.

Si tibi me penitus fidum dux inclyte neſcis
His tibi uerſiculis ſignificare uelim.
Si mihi ſum charus/ſi me & mea pectora noui:
Dux meus es/pro quo ſit mihi dulce mori.
Dux meus es pro quo diſcrimina nulla recuſem
Pro quo deſtituam uel genus omne meũ
Idq; facit virtus qua toto noſceris orbe
Qua traheres ſtygiũ rurſus ad aſtra canem.
Si Thebas adeo narratur amaſſe Menecheus:
Vt ſe pro patria uouerit ille neci.
Se doctas tantũ dilexit Codrus Athenas:
Illarum ut fuerit auſus amore mori.
Si duo Scipiadæ truculenti fulmina Martis:
Pro patrio lucem deſeruere ſolo.
Si quoq; tantus erat Deciis in pectore feruor:
Vt ſibi pro Roma mors quaſi uita foret.

Cur ego nõ ſubeam charo pro principe mortẽ?
Principe quo ſemper ſoſpite ſoſpes ero.
Adde q̃p & ſacri paſſim tutela ſenatus
Diceris imperii ſpes/amor/enſis/honos:
Quid memorẽ triſtes in te ſperare camenas:
Palladaq; fautorem te uocitare ſuum:
Non adeo Auguſto culti placuere poetæ:
Vt tibi doctorũ iam placet omne genus.
Tu merito noſtri Mecænas diceris æui:
Tu merito ſtudiis portus & aura bonis.
Vnde tibi Pylios quis non optauerit annos?
Quis non Titoni ſæcula longa ſenis?
Nulli igitur mirum ſi tanto flagrat amore:
Teq; colit tanq̃ noſtra Thalia deum.
Quo circa dñs ſeruo patiare rogari:
Supplicis admittas uota clientis herus:
Aethereũ nunq̃ lædunt pia thura tonantem:
Immo ſic noſtrum ſe uidet eſſe deum.
Quid mihi:qd tandẽ cupiã dux optĩe quæris:
Præſentem cupio ſæpe uidere Iouem.
Vtq; magis doceam·cupio tibi ſemper adeſſe:
Et te per terras per freta cuncta ſequi.
Hoc eſt qđ petimus/qđ tota mẽte precamur:
Tu fac mancipii ſint rata uota tui.

R. S.

AD EVNDEM

Noſtra ſerenato conſurgunt gaudia cœlo:
Conſurgunt animi nec timor ullus adeſt.

Nubila mortalem perturbant tempora vultū:
Perturbant ſenſus/læticiāmq; fugant.
Exhilarat radians mortalia pectora Titan:
Et renouat mentem quæ modo mœſta fuit
Poſt tenebras lumē: poſt nubes fulget olympus
Nox modo cæca uenit: lux mō clara uenit.
Phoſphorus en oritur: parat en exurgere veſper
Hic noctem nobis: præbet & ille diem
Quorſū hec? exhilarat charᵒ mea pectora príceps
Qui mihi plus Phœbo luciferoq; placet.
Non eſt qđ ſtupeas: nā q̄uis plurima nobis
Cōmoda ab his ueniant: nec ſine uita foret.
Id tamen unius fit maieſtate tonantis:
Cuius ab imperio cætera queq; fluunt·
At meus hic princeps genuino ductus amore
Quæ cupio mandat (ſint modo recta) dari
Hæc mihi nec Phœbus tribuit nec lucifer vnq̄:
Sint licet ex phœbi luciferiq; bonis.
Sed quo te excipiā venientē carmine princeps?
(Par etem̄ dño plaudere quemq; ſuo)
Sic libet. o noſtri dux præſtantiſſime ſæcli:
Salue/& te ſaluum numina cuncta uelint.
O quā gratus ades: tua nos præſentia paſcit
Haud ſecus ac quoſdam paſcere fertur odor.
Hic te contineas: nobiſcum uiue parumper
Viue: & mancipii ſis memor uſq; tui.

R. S.

AD EVNDEM.

LIBER PRIMVS

Dux bone nulla ſacros uiolãt opprobria yates:
Muſa ſuo ſemper clara colore micat:
Non ex vulgari dependet gloria ſenſu:
Nec vulgaris habet dedecorare uiro s.
Nulla ſophocleũ contundet grando cothurnũ:
Occumbet nullo turbine cæus olor.
Nulla meũ perdent mordatia labra Maronẽ:
Nullaq; bilbilicũ deſtruet ira decus.
Municipem nõ ulla meũ ueſania gallum
Auferet (hoc quãuis Cæſaris ira uelit.)
Nec Meuanatem ledet mala lingua poetam:
Aut minuet famam culte Tibulle tuam.
Deniq; nulla piis oberit pollutio rebus:
Nec faciet celebres ille uel ille uiros.
Vnica mortalis virtus imponet olympo:
Atq; ea palladio perſpicienda choro.
Quid multis opus eſt? rabioſula iurgia nũquã
Formidat: ſuperũ noſtra Thalia genus.
(Sic te ſiderei tueantur numina cœli)
Dilectum phœbo dilige: Phœbus ait.

R. S.

AD EVNDEM.

Dum queror inuidiæ rabidos ardeſcere morſus:
Vſq; adeo & pectus dilaniare meum.
Dũq; probos doleo ſceleratas ledere linguas:
Indoctos doctis ſemper obeſſe uiris.
Vergilius vatũ princeps clariſſimus ille:
Protinus eſt oculis uiſus adeſſe meis.

Ille meã cernens grauiter mœrere camenã
Dente theonino: talia uerba dedit.
Ne cruciere nimis te Sbrulia muſa monemus:
Muſa meæ uires delitiæq; meæ.
Namq; ego muſarũ pater & ſpes altera Romæ:
Pectora adhuc rabie dilacerata gero.
Neſcis quot fuerint auſi me dicere furem:
Nullius ingenii: nec bene noſce loqui.
Attamen illorũ rictus nihil obfuit vnquã:
Nam uixi Latiæ gloria prima lyræ.
Affuit Auguſti tum gratia Cæſaris: atq;
Aſſurrexiſti Marcia Roma mihi.
Crede mihi doctos indocti cernere nolunt:
Quando audent illos poſtpoſuiſſe ſibi.
Maxima quoq; meæ fuit aſſociata Mineruæ:
Et doctis magno iunctus amore fui.
At quæ in me labiis latrauit ſæpe caninis:
Et rudis: & nobis æmula turba fuit.
Vnde meo exemplo triſtis depone quærelas
Depone: & nunquã uerba proterua time.
Hos paruifacias: qui te mordere laborant:
Pierio ſiquidem gens male grata choro eſt.
Optimus exoptat cuiuis prodeſſe poeta:
Nec ſcit in egregios lingua diſerta loqui.
At qui ſunt hebetes: & craſſa ſæpe Minerua:
Nituntur miris ledere quemq; modis.
Qui qm̃ propria nequeunt uirtute/ libenter
Oppreſſa alterius laude placere uolunt:

Proſcindũtq; bonos (ſcelus o crudele) putãtes
Hoc nomen pacto querere poſſe bonũ.
Tu ne qd dubites: laus hæc tibi maxima certe:
Laudibus inſidias poſſe uidere tuis.
Principibus placeas nobis turbæq; nouenæ:
Diſpliceas minimis: diſpliceaſq; malis.
Iãq; ducẽ ſacræ columẽq; decuſq; Mineruæ
Alloquere: & noſtro nomine fauſtus eris.
Hæc ubi dulciſono cecinit Maro maximus ore:
Eſt mihi ſolamen non mediocre datum.
Quare Saxonice dux illuſtriſſime gentis:
Effice quod dño conuenit atq; duci.
Obtrectatores noli exaudire malignos:
Nec leue credendo tam cito pectus habe.
Sæpe uidere licet rabidos uel in urbe leones:
Quiq; canes referant undiq; quiq; lupos.
Diſce q̃ a ſpurcis contẽnitur undiq; porcis:
Pallas ab æthereo digna parente coli.
Sit tibi cõpertũ: qđ quo te nomine dignũ
Eſſe uides: alios hoc uocitare ſoles.
De me nil aliud refero: res ipſa probabit:
Paulatim uires ingeniumq; meum.
Tu uero ualeas longo fauſtiſſimus æuo:
Dignerisq; diu Sbrulion eſſe tuum.

R. S.

AD EVNDEM.

Cur promiſſa mihi dux iucundiſſime ueſtis:
Non reddatur adhuc: cogito nocte: die.

Cogito nocte: die: ſed nõ excogito cauſam:
(Sic res iſta nimis prodigioſa mihi eſt.)
Vitales quis emm̃ carpit te dignius auras?
Principe quidue meo rectius orbis habet?
Sed puto: ſed certo ſcio: te iuſſiſſe quod opto:
Attamen hæc nondũ iuſſa peracta queror.

R. S.

AD EVNDEM.

Quã mihi miſiſti nuper dux inclyte ueſtem
Hæc Fridericco nomine fauſta uenit.
Tu ſiquidẽ Friderice tua digniſſime uoce
Pacificas reges: pacificaſq; duces.
Et quaſi me rapidæ iactatũ turbine ſortis:
Iuuiſti uariis terq; quaterq; modis.
Tu mihi lenimen: tu ſpes: tu dulce leuamen:
Tu uelut aſpirans aura ſecunda mihi.
Vt Pollucis opem nautæ: uel Caſtoris optant:
Sic petit auxilium Calliopea tuum.
Hæc mihi lena uelim ſanctã cũ principe pacem
Conciliet: domini fœdera larga ferens.
Hãc nec cõmaculẽt hymbres: nec cõterat uſus:
Nec mala præcipitis polluat hora noti.
Sed noua ſit ſemper/ fœcundæ nuncia pacis:
Et faciat dño tempora grata ſuo.
O toga magnificũ dñi mihi pignus amoris:
Tu Friderice nomina ueſtis habe.

R. S

LIBER PRIMVS

AD EVNDEM

Sæpe tuos miror dux illustrissime mores
Sunt adeo faciles Cæsareisq; pares
Magnificus. clemens: sublimis: largus haberis
Sed uideo famam te superare tuam
Ingentes uidi magno sub principe sumptus
Et uidi pompas o hymenee tuas.
Fœlix qui fido tibi semper pectore seruit
Fœlix qui dñm te cupit esse suum. R. S.

AD EVNDEM.

Si tibi quis toto dux inclyte dedidit orbe
Seq; suamq; lyram/Sbrulius ille fuit·
Si quis in æthereo quesiuit nomen olympo
Inseruisse tuum: Sbrulius ille fuit.
Si quis & ingenio/fortunis/corpe/pro te
Omnia feciſſet: Sbrulius ille fuit.
Quo fit ut assiduus cruciet mea pectora mœror:
Q. đ uidear gelide Sbrulius esse tuus.
Id licet inditiis mihi cõiectare duobus
Q. đ loculus nũmis, terga calore uacent.
R. S.

AD EVNDEM.

Cherilus inculto pro carmine flaua petebat
Munera/pelleo nõ renuenda duci.
Nos petimus nostro pro carmine/proq; labore
Inprimis auram dux generose tuam.
Charior est omni nobis tua gratia nummo:
Nãq; ea fœlices hic & ubiq; facit. R. S.

CLEOMACHIAE AD EVNDEM.

Barbarus omnino ne dicam ferreus essem
Ni te dux tanq̄ numen in orbe colam
Tu mihi diuitias nomenq; decusq; dedisti
Vsus es offitio Principis atq; patris.
Te duce Germanas peragrauit Sbrulius oras
Et Germanorum tendit in ora virum
Te primum Sucuis dñm delegimus oris
Visa fuit fronti gratia tanta tuæ.
Cum mecum magni reputarem Principis aurā
Visus es ille mihi cui mea corda darem
Omnia (sic faueant mihi numina) semp obiui
Vt uidear tanti dignus amore ducis
Ergo ne faciles prebe mendacibus aures
Nocte dieq; tuum Sbrulion esse puta.

R. S.

AD EVNDEM

Bella gerant alii quibus est Bellona uoluptas
Pacis amatorem nil mala bella iuuant.
Optime dux pacem Fridericus dictat opimā
Cumq; tuo pecem nomine semper amas
Ergo quid insultant hoies, & bella parantur
Cultorem pacis bella mouere putem?
Ecce ferunt fas esse pia pro pace perire.
Et bello pacem continuisse piam.
Sic tu constituis Dux arma capessere pacis:
Pacificaq; paras bella fugare manu.

Sit tibi præſidio Mauors armataq; Pallas
Ac faciant dextro ſint tua cœpta pede
Conſpiciam partam Friderico principe pacem
Pacis & authorem pace ſubinde frui.
Quidni pacifico pares Erfordia regi?
Pacifico domino pacificoq; duci?
Candida nõ noſcis nõ cõmoda maxima noſcis
Damna putas quæ ſunt dona decora tibi.
Tu uero uiuas fœlix uincaſq; ſuperbos:
Pacificans populum dux Friderice tuum
Pergat amare tuum Pallas tritonia nomen
Concelebret laudes Calliopea tuas.
Et ſimul ac noſtro deuiceris omine bellum
Fac vatem uotum uincere queſo ſuum.

R. S.

AD Ampliſſimũ in Chriſto patrem & D. Georgiũ Neydeg iuriſcõſul: Tridentinũ Præſulẽ, Cæſareũq; cõſiliariũ &c. dominũ omni uirtutũ gñe cumulatiſſimũ. Ode dicolos tetraſtrophos

Dum canit ſummos procerũ triumphos
Ac ſtudet gratis numeris placere
Noſtra diuerſis ducibus Thalia:
Candide Præſul.
Ecce me Daphnes generoſa proles
Nomine antiquo uocitata matris,
Admonet ne te ſileam tuæq;
Lumina gentis.

Hoc ſibi phœbum referens parentem/
Et nouem ſacras pariter ſorores/
Quod tuum magni faciant amorem
Sæpe iubere.
Cum ſit indignum facinus perire
In quibus uirtus Chariteſq; fulgent
Et quibus Pallas Venus atq; Iuno
Sæpius adſint.
Cum boni ſemper celebrent Poetæ
Quos uident dignos fidibus canoris.
Quos ſciunt claram uario nitore
Ducere uitam.
Hinc ego informi moueor Camæna
Ac lyra forſan nimium tenella
Principis tanti reſonare nomen
Vndiq; ſummum.
Eſt enim Vatis proprium ſacrati
Obſequi doctæ monitis cateruæ
Et uiros omni nitidos honore
Ferre per orbem.
Aſt ego antiquum genus & parentes
Nobiles/non iam referam/nec ipſas
Corporis dotes quibus eniteſcis
Clarius aſtris.
Nec canam gazas decus aut paternum
Cæſari ac ſummis ducibus probatum:
Cum magis ſint hæc aliena/quæ non
Fecimus ipſi.

Nec (uelut mos eſt ſolitus poetis
Cæteris) noſtro recineris ore
Ex trium fœlix habitu bonorũ:
Docte Georgi.
Illa quæ ſancto genuina corde
Poſſides: uere bona quæ uocamus
Scilicet dotes animi ſuperbas
Carmine pandam.
Nec leue hoc pondus mihi nunc uidet/
Quippe te uirtus comitatur omnis
Quo fit ut noſtræ dubitam ne uires
Sint ſatis aptæ.
Hinc Panõphæũ cuperem tonantem
Nunc mihi plectrum tribuiſſe cæum/
Quo tuas poſſem merito probare
Carmine laudes.
Te tamen dicam breuiore uerſu/
Atq; libabo ſpetiem decoram/
Qua uel in cœlo uel in orbe fulges
Sideris inſtar.
Fauſtus ex omni numero uocaris
Et tuæ ſidus patriæ perenne:
Iam diu antiſtes uenerande ſummo
Semper honore.
Nanq; (ceu ſtellæ decorant olympum:
Ignibus claris) tua ſic adornat
Flamma uirtutis ſobolem tuorum &
Cæſaris aulam.

CLEOMACHIAE

Ingeni uires perhibent dediſſe
Palladem dono tibi/quo uigeres
Vtilis belli ſimul atq; pacis
Rebus agendis.
Nam uales ſancta ſophia diſerto
Ore maturis ſubito periclo
Senſibus grandi grauitate morum
Iudicioq;.
Nouit hoc mater Latiæ Mineruæ
Felſina excultis generoſa Muſis
Qua diu rector ſtudio micabas
Splendidus omni.
Auſtria hoc dudum domus alta uidit
Inclytum quæ te tenuiſſe ſcribam
Gaudet & iuſtis meritis labores
Condecoraſſe.
Hoc & Auguſtus minime negabit
Auſtrio qui te gremio remouit
Vt Tridentina fieres uerendus
Præſul in urbe.
Quod ſimul magno ſuperum fauore
Contigit/nunq̄ tibi permanere
Hic datur multa uariaq; mole
Maximiliani.
Cæde romanæ decor altus urbis
Iam Cato uictus probitate/cæde
Tu quoq; o Neſtor ſuperate lingua
Conſilioq;.

Præsul utriq; en meus antecellit
Laudibus. uita retineret alma
Qui Ioui fulmen niuciſq; uerbis
Saxa moueret.
Tu tuo lumen generi refulges:
Tu pater dici patriæ mereris:
Tu nouũ regi decus es quiritum/
Delitiæq;.
Pluribus certe celebrandus esses:
Plura sed differt mea nunc Thalia
In diem: quo te melius tuoſq;
Dicet honores.
Viue/fœlicem tibi dii senectam
Dent boni: sortem superes Metelli
Inq; seruorum numero reponas
Sbrulion almo.
R. S.

EXTemporale Distichon ad Eundem.

Tu mihi pro numeris das aurea munera Præsul:
Ipse dedi carmen/reddis at æra mihi.

AD Eximium Iurisconsultum Matheum
Matuel. Tridentinum.

Laurus Apollinco comes haud ignobilis igni
Ingenium laudat terq; quaterq; tuum.
Quo fit ut applaudens nũc Sbrulia fistula lauro
Exoptet cantu te celebrare suo.
Nanq; ea nõ patiẽ quos Daphnia sæpe probarũt
Ora uiros/etiam nomine posse mori.

Quid uero referam? an quod iuris doctor utraq;
Cenſura quauis clarus in urbe mices?
An q ſocraticas primus cognoſcere chartas
Dicaris docto charus ubiq; uiro:
An q Palladiæ columenq; decusq; cateruæ
Exiſtas phœbum Pieridesq; colens?
An q larga bonidederint tibi munera diui
Tergeminis fœlix ut uideare bonis.
Omnibus his debes vir præſtantiſſime dici
Nobilis & noſtro carmine ſæpe cani.
At quia diuerſæ me uexant undiq; curæ
Nunc nequeo meritis pandere cũcta modis.
Quare hæc ſuſcipias feſtiuus carmina tantum:
Expectans alio tempore plura Vale.

R. S.

AD Preſtantiſſimũ Iureconſultũ/ ſplen
didiſſimũ Equitẽ ſpectatiſſimumq; Bur/
gundiæ Preſidem Stephanũ de Tiardo
cultorẽ Phœbi Palladiũq; decus.

Dũ ſtudet innumeris fortuna ſuperba tropheis
Sæpius heu muſam ſollicitare meam.
Dumq; mihi ſæuos oſtentat ſæua triumphos:
Ac ſtimulum ſeſe palladis eſſe docet.
Quidã palladio Burgundi nomine ciues
Me miſerum lœta uiuere fronte iubent:
Hortantes mediũ furibundæ tendere ſorti
Me digitũ/quando ſit nocitura nihil.

LIBER PRIMVS

Cum mihi Phœbeo ſit miſſum munere munus:
Quod prohibet falſas me trepidare minas
Cum ſit Apollineæ Burgundia dedita genti
Captura in gremium meq; meamq; lyram
Hoc ubi ſollicito pia gaudia pectore cœpi:
Cœpit Apollo mihi talia uerba loqui.
Inter Burgundos quidam uirtute refulget
Sidereo ueluti Phœbus in axe micat.
Doctor/eques/preſes poſt regẽ prima poteſtas:
Quæ ius Burgundis dicere prima ſolet.
Huic Sbruli ſcribas/huic tu cõmitte camenã:
Diligit hic doctos/Pierideſq; fouet.
Semper enim cultos muſarum cultor amabit:
Nec niſi contemnet ſacra Minerua ſuem.
Hic (ueluti perhibẽt ac nomẽ ſignat ad vnguẽ)
Eſt Burgundorum chara corona uirum.
Vnde tibi poterit uario prodeſſe fauore/
Conciliãs iuuenes concilianſq; ſenes.
Cuius præſidio tibi uel contingere metam
Optatam dabitur/ſi mea iuſſa facis.
His animũ dictis leniuit Cynthius ægrum:
Spemq; mihi ſolidam vir generoſe dedit
Quare o lux patriæ/columenq; inſigne ſororũ:
Affer opem qui te ſemper amare cupit.
Afficiaſq; pium vates clariſſime vatem
Quo dignus merito:nec tibi plura. Vale.

R. S.

CLEOMACHIAE

Ad insignem virū Blasiū Holcelium Cæsareū quæstorē cōsiliariūq; vnicū musarum asylum. Ode Dicolos Tetrastrophos &c.

Quisquis exoptat generosa regum
Stemmata & claros titulos & arma
Scribere, hūc curis opus est uacare
Candide Blasi.
Hunc opus nullam trepidare sortem:
Nullius toruos oculos timere:
Vsq; sed læta facie tueri
Commoda Musæ.
Siue sub tecto canat obsoleto
Siue sub fuluo laquearis auro
Siue sub fago uiridiq; fronde:
Siue sub antris.
Hinc ego æternis fidibus laborans
Cæsaris laudes genus & parentes
Dicere optarem mihi iam serenus
Iuppiter esset.
Ac simul supplex precor, ut tuorum
Me tenens magno numero preceris
Sint mihi grate facilesq; nostri
Numinis aures.

Distichon ad Eundem.

Inter clamores, choreas, conuiuia: lusus:
Facta legas hilari carmina fronte. Vale.

R. S.

LIBER PRIMVS

Ad nobiliſſimum Equitem Ioannem Quinceg Cæſareum conſiliarium Rarum uirtutis ſpecimen.

Vt fuerant hederæ doctorum præmia vatum
Sic hederis quondam præmia mille dabant
Tunc conabantur cultos decorare poetas
Vndiq; ſeu reges vndiq; ſiue duces
Quilibet optabat ſeſe præſtare camenis
Dignū/quo toto notus in orbe foret:
At nunc phœbeæ ſpernuntur munera gentis:
Quandoquidē paucos facta canenda iuuāt.
Aſt inter paucos nitido candore refulges
Ioannes patriæ nobilitatis honos.
Nanq; colis Muſas & muſæ ſunt tibi curæ:
Vnde mihi uariis ſæpe canere modis.
Sæpe tuum uario nomen cantabitur ore:
Et ſæpe in uariis ipſe legere locis.
Quicunq; æthereas non curat amare ſorores:
Non curat famæ nomina certa ſuæ.
Non auro carmen non gemmis uilius eſſet
Si facerent ſacro carmina digna viri.
Iam ualeas fœlix: magnus tibi donet Apollo
Neſtoreoſq; dies/auriferumq; Tagum.

R. S.

Ad Magnificū Equitē Nicolaū Firmianū Cæſaree aulæ magiſtrū Palladiiq; cultorē chori.

Hactenus in multis fuit heu ſpes irrita nobis:
Hactenus & multi uerba dedere viri.

Nunc in Nicoleo ſpes eſt mihi firma ſalutis
Nunc & Nicoleos gaudia firma dabit.
Ex quo ſub ueteri fertur cognomine firmus:
Nam domus hæc ſemper pectora firma gerit.
Firma gerit geſſitq; domus tua pectora ſemper
Firmius hinc ipſa nil quoq; Cæſar habet.
Quo circa firmæ firmiſſima gloria gentis
Fer mihi præſidium fer bona firma precor.
Sbrulius egregio te ſemper honore Richardus
Afficiet calamis carminibuſq; ſuis.

R. S.

Ad acutiſſimum uirum Collaurum
Iurecōſul: Cæſarcūq; cōſiliariū &c.

Dum cupio uiridi mea tempora cingere lauro:
Collauro laurum ſemper ineſſe ferunt.
Vt ſine Collauro nequeam contingere laurum:
Collaurum lauro nec ſine amare queam
Quare qui ſacro Collauri nomine fulges
Fac mihi ſit tecum laurea parta precor.
Vt mihi pro re una, liceat gaudere duabus:
Collauro & lauro, ſimq; utriuſq; memor.
Vt quoties laurum uideam, lauriq; decorem:
Dicaris lauri cauſa fuiſſe meæ.
Atq; erit (ut cerno noſtri cōmertia lauri)
Collauri & lauri gratia grata. Vale.

R. S.

LIBER PRIMVS

Ad Excellentissimũ phũm Baptistam
Balderon/Cæsareum medicũ/Palla/
diumq; decus.

Sylua:nemus:pratũ:mons:æther:flumĩa:tellus
Lætitiam verno tempore ferre solent.
Lœta solent passim mortalia uere uideri
Quicquid alit tellus/æquora quicqd alunt:
Ast ego compellor subducto uiuere vultu:
Præter naturam:consiliumq; meum.
Siccine queso uolunt sors:sydera:Iuppiter ipse:
An potius nostro tempora dura choro?
Tu quẽ pauca latent/medico cui morbus ubiq;
Pellitur:edoceas & simul affer opem.
Affer opẽ misero mihi cultor Apollinis ingẽs:
Dicet Apollineũ Sbrulia musa uirum.

R. S.

Ad Andream Cornuceruinũ Phisicũ:
Magdeburgensis Patriarchæ Medicũ
prudẽtissimũ: Extẽporaneũ epigrãma.

Qualis ab antiquo manabat Nestore sermo:
Cornuceruino talis ab ore fluit.
Qualis erat niueo Proculei in pectore candor
Talis in Andrea (quis neget:) esse solet
Quale Titi ueterũ perhibent monumẽta uirorꝫ:
Tale est ingeniũ comis amice tuum.
Qualis in altiloquo prudentia uisa Solone est:
Talem conspexi nuper inesse tibi.

Hinc equidem lætor: q̄ sim tibi iūctus amore:
Quodq; probes doctus carmina nostra. Vale

R. S.

Ad Nobilem Iurisconsultū Gunterū de
Bunau Tergemina clarū nobilitate uirū. ⁊c.

Nemo satis suus est: nemo sat deditus uni:
Quippe sit alterius: qui suus ante fuit.
Qui Guntere fui multis liberrimus annis:
Sum subito factus te faciente tuus.
Cur ita? forte rogas: tua vir clarissime uirtus;
Nobilitas; tituli: gratia: fama: facit.
Ergo meis debes pro uotis uiribus uti:
Viribus ingenii corporeisq;. Vale.

R. S.

Ad Prestantissimū medicū Palladis
alumnum: Cæsarem Boemū.

Romulea ueluti præfulsit Cæsar in urbe:
Atq; togatorū fama suprema fuit.
Sic tu Cæsareū Cæsar sortitus amice
Nomen, es in patria uel decus omne tua.
Anne Dionei conatur Cæsaris astrum
Tollere: cui tale est nomen habere datū?
Cæsareo reges qui sunt sub nomine dicti:
Regibus hi reges, sunt ducibusq; duces.
Sæpius & uisum q̄ qui sunt Cæsaris usi
Nomine: sunt celebres: magnanimiq; uiri:
Tu mihi iampridem Cæsar romanus haberis
Moribus: ingenio: re: pietate: fide.

Gaudeat hoc tanto fœcunda Boemia alumno:
Qui iure hoc tanto nomine dignus adeſt.
Dii tibi Cæſareũ concedant pectus ad vnguẽ:
Vt ſis Auguſtus Cæſar in orbe. Vale.

R. S.

Ad ſplendidiſſimũ virũ: & magnanimum
Frãciſcũ Sphortia: ornatiſſimũ comitẽ &c.
Extẽporalis pene Elegia.

Sphortia magnanimã ſemp domus inclyta ꝑlẽ
Edidit: & uera nobilitate uiros.
Sphortia romuleos potuit ſuperare triumphos:
Perpetuas laudes perpetuumq; decus.
Sphortia ſydereũ digito pulſauit olympũ:
Fortunæ fœlix: ingeniiq; bonis.
Sphortia palladio deſcendit ſanguine: pollens
Viribus in bello: conſilioq; domi.
Sphortia preualidos emiſit pectore: quales
Troianus priſco tempore fertur equus.
Sphortia fœlici dudum ſub ſydere uixit:
Exuperans ueterũ maxima facta uirum.
Sphortia ſic nituit ſemp: ſemperq; nitebit:
Augendo uires: imperiumq; ſuum.
Hinc tu Sphorciadũ præclaro ſtemmate natus:
Corpore prefulges: ingenioq; ſimul.
Nec tua degenerẽ uirtus comes optime quærit:
Reddere: nec titulis es minor ipſe tuis.
Gignitur ex forti ſoboles fortiſſima prole:
Authoremq; ſolet quiſq; referre ſuum.

Nam neq; Therſites magno deductus Achille:
Nec fuit egregii ſanguinis Irus iners.
In te ſpectatur prudentia principe digna:
In te forma decens Hectoreuſq; uigor:
In te conſpicui mores: probitaſq; paterna
In te ciuilis cum grauitate lepos
In te uirtutes ſplendeſcunt deniq; mille:
Quas perhibent comites nocte dieq; tuas.
His ego iampridē vir prudentiſſime motus
Optaui numeris te decorare meis
Nec potui uario turbatus turbine rerum:
(Nam neſcit blandos turbida Muſa modos)
Hæc nunc inuita ſunt carmina facta Minerua:
Quæ dñm lœto te tamen ore petunt.
Quom nos optato fortuna fauore reuiſet
Sphorciadū dicam fortia facta ducum.
Inprimis magni memorans præconia patris:
Franciſci inprimis facta canenda canens
Sed tu iam tenues generoſa ſuſcipe fronte
Verſiculos: fidei pignora certa meæ.
Efficiaſq; ſimul (qđ Iuppiter optimus optet)
Sbrulia ſit ſoboles Sphortia tota. Vale.

R. S.

In Horologium.

Aſpice quā celeri labantur tempora curſu/
Et uideas fruſtra ne tibi tempus eat
Lumina defigas in me mortalis: & uſq;
Inſpice qđ facias quā fluat hora cito. R. S.

LIBER PRIMVS

Pro Magnifico viro Artiū ac Medicinæ doctore Theodorico Blochio Scolasti/cam præfecturam ineunte Carmen ad Vuittenburgensem Academiam ex tpe pronunciatum.

Aura perauratas cœlo demissa cathenas:
Non nisi & auratis est celebranda modis.
Aura inquā auratis non tantū lapsa cathenis:
Sed quoq; ad auratas digna redire domos.
Candida Dircæi cuperet uada tangere cigni:
Seu Thirrene tuū seu Patauine tuum.
At mea non isthec habitat uada candida Clio:
Nec tractat digitis aurea plectra suis.
Quid faciam? memorare mei præconia Blochi:
Agmen equestre neqt turba pedestris habet.
Turba pedestris habet spacioso currere campo:
Flectere quadrupedes agmē equestre nequit.
Hoc est dedecori Phœboq; nouemq; puellis:
Dicat Apollineū noster Apollo virum.
Grandisonis igitur celeberrima contio uerbis:
Non utar grandes grandia uerba decent.
Ipse ego sum tenuis tenuiq; sedere caballo
Consueui: tenues ergo ciebo sonos.
Nosce tuas scriptor vires: Venusinus alumnus:
Ne populo fias fabula tristis: ait.
Sed persæpe piger cōquirit Ephippia taurus:
Et taurina subit munera fortis equus.
Tanta sub astrigero stat confidentia cœlo:
Vt maneat certa conditione nihil.

Ex quo palladii dux ornatiſſime cœtus:
Conſpicui uaria nobilitate uiri.
Si minus auditū delectant carmina ueſtrū:
Parcite quæ potuit fingere muſa canit.
Muſa canit nuper poterat quæ ex tpe fari:
Quæ matuta ſibi mente tenere dedit.
Nec ſibi muſa canit Phœboq; nouēq; deabus:
Vt ſibi & æthereo græca camena choro.
Sed mihi ſed uobis potius: populoq;: ſibiq;:
Et quoſcūq; ſua ſimplicitate iuuat.
Si uero doctas cantu mulcebimus aures:
Hoc dabimus meritis Cipria diua tuis.
Iamq; age feſtina ſed non pede muſa ſiniſtro:
Rectori noſtro gymnaſioq; cane.
Egregii Sophiæ ueteriſq; nouæq; parentes:
Doctores legum: Palladiiq; uiri.
Non mihi percupio venari carmine laudem:
Quod canimus præceps nup Apollo dedit.
Non ut adulator rectorem tollere quæro:
Sed tanquā ſanctæ cultor amicitiæ.
Theſpiades nequeunt laudes reticere ſuorū:
Linquere Leucothoen Cynthius ipſe neqt.
Tu Beroaldino dixiſti Scheurle lepore:
Quicq̄ in hoc cetu par memoraſſe fuit.
Sed tamen ipſe canam Phœbeo paucula iuſſu:
Vt ſit in officio Sbrulia muſa ſuo.
Gvmnaſiū patres qui primus condidit almū:
Sydereo nobis miſſus ab axe fuit.

Hic uoluit patriam mentes attingere ſedem:
Hic animos uoluit ſenſibus eſſe duces.
Hic mortale genus uoluit caligine dempta:
Vnius & trini facta uidere dei.
Hic uoluit noſtros ad ſydera tollere vultus:
Monſtrare ætherei quæ ſit origo poli.
Quid ferat autūnus: quid ver: qd phœbus & aer
Quid faciant venti: ſydera: pontus: hyems.
Quid multa? hic uoluit miſeris mortalibus eſſet:
Cognitio terræ: cognitioq; poli.
At quia cōſpexit mundum rectore moueri:
Curribus aurigam: lintribus eſſe ducem.
Rectorem gregibus: rectorem piſcibus eſſe:
Omnia rectorem ſemper habere ſuum.
Gymnaſii ſtatuit rectorem prouidus idem:
Qui foret eximiis moribus atq; fide.
Qui foret exemplo cunctis: qui tolleret omne:
Gymnaſio uicium conſuleretq; pie.
Hic quaſi per digitos mos hæc ad tpa fluxit:
Authoremq; rei te Friderice uoco.
Nuper & hac noſtra ſic conueniente catherua:
En deſignatus Gymnaſiarcha fuit.
Gymnaſiarcha fuit Pæan o dicite pean:
Deſignatus amor Blochius ille meus.
Blochius ille meus nr̄i pars altera cordis:
En fortunato tempore rector adeſt.
Hic eſt conſcripti patres decus omne ſororū:
Omne decus Phœbi: Palladis omne decus.

Hic Rector uobis est designatus ad vnguē:
Hoc poterat nobis aptius esse nihil.
Si forma Imperio digna est: hic imperet unus:
Hinc uni totus pareat iste chorus.
Si meret ingeniū fasces & nobile sceptrū:
Quis neget hunc amplū demeruisse gradū?
Si quoq; fortunæ dominari muncra debent:
Hunc merito uocitet tota caterua ducem:
Quid referā patriūq; decus celebresq; parentes:
Ipse decus patriæ nobilitasq; suæ est.
Me nunquā patriāq; solum patriiq; penates:
Condecorent virtus me locet una polo.
Vna polo uirtus homines imponit & una:
Nobilitat uera nobilitate uiros.
Hildesamense solū stirps Blochia clara refulgēt:
Sed Theodoricus clarior ipse nitet.
Clarior ipse nitet: quia primis Pallas ab annis:
Hunc aluit mores edocuitq; bonos.
Non est quod stupeas: cum sic Erfordia dicat:
Vnde domū sophiæ signa decora tulit.
Id quoq; testaris lacium, tuq; inclita Roma:
Mirata ingenium mercuriale uiri.
Et tu Pieridum uocitata Bononia mater:
Palladium censes hunc redolere satum.
Quare doctorū gaudes huic signa dedisse:
Ac gaudes talem continuisse uirum.
Quæ uero tellus iam Teutona nescit alumnū?
Quis nescit Blochi nomina magna mei?

LIBER PRIMVS

Tu ne meum neſcis Blochum Roſtochia tellus?
Immo tuũ doctor non tibi charus erat?
Nonne doles tantũ tres hunc tenuiſſe per annos
Nonne doles hunc te deſeruiſſe cito.
Pulchra manes pulchrũ te tollit ad æthera nomẽ
Inprimiſq; tui ſidera clara duces.
Attamen orba tuo demittis Apolline vultum:
Et minus apparet candidus ille color.
Magnopolitani ductores Balthaſar atq;
Magnus: in hunc gaudent multa tuliſſe virũ.
Sed magis hinc merent q eũ ſua dona tenere
Haud poſſint motũ cõmoditate ſua.
Quod facit: ut magno Friderico ſeruiat: utq;
Gymnaſiũ medica demereatur ope.
Nec male. nã nſo quid principe maius in orbe?
Quid potis eſt tantis dignus eſſe uiris?
Hic uideas gemini clariſſima lumina iuris:
Hic uideas Phœbi Pegaſeumq; nemus.
Hic uideas ſophiæ veteriſq; nouæq; peritos:
Hic uideas Latios Cecropioſq; ſales.
Ille meus princeps Fridericus ad aſtra refulget:
Progenies regum: progenieſq; ducum.
Ille tenet Miſnam: Saxonica regna: Thuringos:
Belligeros Francos Sauromataſq; truces.
Ille eſt imperii gladius: tutela: poteſtas:
Ille eſt teutonici gloria ſumma ſoli.
Quid moror? ille toga nulli belloq; ſecundus?
Elector ſacri rector & Imperii.

Ergo huc uenisti nostros aucturus honores:
Aucturus nomen diuitiasq; tuas.
Ecce salutaris summo moderator honore:
Gymnasii nostri gloria: lumen: honos:
Tu uero (postquã moderator es omĩbus unus)
Vtere iustitia iuditioq; tuo.
Non ego te moneo sapienter ut omnia tractes:
Non monitore tibi sed mihi forsan opus.
R. S.

Ad Eundẽ Rectorẽ Othonis Beckman
Vuartbergii Epigramma:

Magnus Alexander fœlicem dixit Achillem:
Meonius vates q̃ sibi preco fuit.
Nos te fœlicem rector generose uocamus
Quod tua Iuleus nomina cantet olor.
Qui potis est cantu rabidos mollire leones
Qui potis est stygii flectere labra canis.
Temporibus vates priscis diuinus Homerus:
Immo pater vatum Tespiadumq; fuit.
Sbrulius est vates nr̃o iam primus in æuo:
Gloria iam Lacii iamq; Heliconis honor.
Naso elegis Flaccusq; lyra Sophoclesq; coturno
Tullius eloquio: Vergiliusq; tuba.

Ad Scolasticã iuuentutem.

Disce libens quicũq; cupis vir doctus haberi:
Et pariter faustos connumerare dies.
Nomen opes tituli sexcentaq; cõmoda uitæ:
Expectãt doctos quoq; sub axe uiros. R. S

LIBER PRIMVS

Ad Gaſparem Steinbeck Parthenopolitani Patriarchæ conſiliariũ virũ Apollineũ.

Gaudeo lanificas tibi non nocuiſſe ſorotes:
Gaſpar Apollinei gloria ſumma chori.
Querebant omẽs tibi uitam rumpere Parcæ:
Obſtitit at tanto Cynthius ipſe malo.
Ecquid ait noſtro tam dira paratis alumno:
Vincula? talis homo tã breue ſtamen habet?
Stamen Apollineæ longum deducite genti:
Vt Pylio quondam Dardanioq; duci.
Hic eſt præcipue longo digniſſimus æuo:
Qui longũ de ſe nomen in orbe parit.
His ſubito dictis cuperet quũ tercia filum
Rumpere: Cloto ſuam ſuſtulit inde colũ.
Ergo uales Phœbi meritis ſummiq; Tonantis:
Et uirtute ſimul Gaſpar amice tua.

R. S.

Ad Ampliſſimũ Iuriſcõſultũ Prĩcipẽ Germaniæ & Galliæ Abbatem Hartmãnũ Dei gr̃a eccleſiæ Fuldenſis Antiſtitem & diuæ Auguſtæ archigrãmateũ vnicũ muſar& cultorẽ. Extẽporale Hexaſtichon.

Muſa cupit uiua tibi dicere uoce ſalutem:
Teq; ſuo plectro dicere muſa cupit.
Ne mirere: ſibi quaſi ſis ignotus: alumnũ
Te uocat: & nomen tollit ad aſtra tuum.
Ergo ne renuas aditum prebere poetæ:
Vt tua ſit facies famaq; nota tuis. R. S.

Ad Reuerendum in Christo patrẽ Conradum Gerardi de Salfeldia : egregiũ bonaꝝ artiũ doctorẽ Illustrissimi prĩcipis Friderici septẽuiri zc. concionatorẽ luculentũ.

Vt mea blandisonis mulsisti pectora uerbis
Mulcebit famam sic mea musa tuam.
Carminibusq; meis uel post fera funera uiues:
(Si modo carminibus uita sit ulla meis)
Tu ualeas: pylioſq; tibi det Iuppiter annos:
Vt Pylios mores: eloquiũq; dedit. R. S.

In Liuidũ.

Liuide quid quæris graciles discerpere musas?
Quid queris natos dilacerare meos?
Hi tua nõ cupiunt sed candida tecta subire:
Quæ pueris etiam pauperibusq; patent.
Aut si (quod nolim) tibi liuide forte ferantur:
Ne pigeat virus continuisse tuum.
Turpe foret nimiũ tenues offendere partus:
Abstinet a minimis ira canina catis. R S.

Ad Phylodassiã suã.

Iam uis: iam nõ uis: nũc das & nũc data tollis:
Contemnis laudas discrucias & amas.
Gaudia promittis promissaq; gaudia differs
Nunc sperare facis: nunc metuisse facis.
Te semper fruor: & nunq̃: me pœna: uoluptas
Semper habent, fœlix sum pariterq; miser.
Eripe me tantis per mutua basia curis:
Vel mihi da noctẽ uel mea uita necẽ. R. S

LIBER PRIMVS

Ad Vnicũ Nobilitatis, Formæ, pudicitiæ:
Eruditiõis, multiplicis deniq; virtutis ſpe
cimen, Margaretam Bunau, Virginem
Florentiſſimã dominãq; ſingularẽ:
Extemporalis Richardi Sbrulii
Elegia.

Ergo ne Theſpiades tua candida pectora norũt?
Candoremq; iubent me celebrare tuũ?
Ergo tuũ virgo compellar dicere nomen?
Compellar laudes cõmemorare tuas?
Te ne canã? quæ nec certe mihi uiſa fuiſti:
Nec ſcriptis vnq̃ conciliata tuis.
Nẽpe canã: qa Muſa iubet: quia Cynthius aurẽ
Vellit: Acidalius mandat & ipſe puer.
Q đ Muſæ, qđ amor, qđ magn⁹ dictat Apollo:
Hoc facit Aonio qui ſemel amne bibit.
At tua ſi tenui referã præconia uerſu:
Exiguoq; canã lumina magna ſono.
Parce precor: mentẽq; pii metire clientis.
Moriger in dominas qui cupit eſſe ſuas.
Eſt tua Meonio recinenda poemate uirtus:
Eſt tua Pindaricis forma canẽda modis.
Turpe rudi Cipriã modulari pectine diuã:
Turpeq; vulgari: pallada ferre pede.
Si qua ſub arcanis Helicon bene parturit vmbris
Carmina, quæq; aliæ non ſonuere fides.

Qualia trinacrio triplex Achelois in alto:
Concinit Argolicū uidit ut illa decus.
Qualibus Amphion Thebanæ conditor urbis:
Dicitur & lapides & tetigisse feras.
Qualia Treicius dulci pro cōiuge vates:
Traditur in stygiis emodulatus aquis.
Qualia Threicii ꝑples doctissima vatis:
Qualia sæpe Linus Mercuriusq; canūt
Illa mihi cuperem doctas dictare puellas:
Dum cupio laudes mille referre tuas.
Sic etiam uix rite tuas me dicere laudes:
Et sperem uariū dicere rite decus.
Et merito: quis em̄ uires animosq; camille?
Aut te quis digne Penthesilea canet?
Quis te fœminei decus o Cornelia cetus
Scribere: seu digne seu cecinisse potest?
Quis tua Penelope scribet castissima digne
Corda? pudicitiā uel quis elisa tuam?
Est aliquid ferro tectū perscribere Martē:
Puluere & Iliaco Mēnonis arma nigri.
Ecquis Titidē digne descripserit vnquā:
Inuictūq; ducem celicolisq; parem?
Ecquis Priamidē descripserit Hectora? quisue
Atridas geminos seu Thelamone satū?
Hoc ut difficile est: sic raram nempe puellam?
Et raros mores rite referre graue est.

Nõne magis mirũ ? ſi fœmina ſingula callet:
Rhetoricen ſophiã: carmina/ plectra/ lyram:
Quã ſi vir Dacos bello contundat & Hiſtros:
Subdat & imperio plurima regna ſuo.
Ergo libens cuperem ſacræ ſuadere cohorti:
Inueniat cantu qui meliore ualet.
Qui bene tornato te poſſit tollere uerſu:
Inter & æthereas cõnumerare deas.
Ipſe cupidineos ignes/ tormenta/ ſagittas:
Et ſoleo faciles cõmemorare iocos.
Grandia conentur grandes. ego paruus obibo:
Parua: decet uires noſcere quẽq; ſuas.
Præterea fœdo nollem tibi carmine virgo
Officere: & famam cõmaculare tuam.
Nã uelut aſpicimus labẽq; notãq; remitti:
Si per atramentum ſit reuoluta manus.
Sic inculta linũt preclaras carmina laudes:
Inficit & turpis nomina clara ſonus.
Si tua ſit facies tabula fingenda uel ære:
Quis melius tabula fingat & ære: petas.
Exopteſq; tuos Liſippum fingere vultus:
Pingere apelleã pectus & ora manum.
Quod ſi tanta tibi fragili pro munere cura:
(Quandoquidẽ uere picta caduca uoces.)
Quidnã ꝑpetuo facies pro munere? nõne
Precipue cures quis tua rite canat.

Quæ canit egregius virgo pulcherrima vates:
Illa quidē nullo ſunt peritura die.
Nec magis eſt ulla facies depicta tabella.
Preſſus & eſt nullo vultus in ære magis.
Quā per apollineos apparēt omia vates.
Forma: decor: virtus ſtēmata: nomen: opes.
Non equidē venerē diuinus fecit Apelles:
Emedio ſeſe tam bene ferre mari.
Non ita depinxit Thebanus pictor amores:
Aut anios: & quæ prodigioſa putes.
Non ita Parrhaſius depinxerat ipſe uolātes:
Quas nō depictas quiſq; putaſſet aues.
Deniq; nō Zeuſis tam pulchre pinxerat vuas:
In ſcenā uolucres qum uolitaſſe ferūt.
Quā pulchre Aeacidē magn⁹ cātauit Homer⁹:
Aut Anchiſiadē maximus ille Maro.
Vt Mæcenatem Venuſini carmen oloris:
Rettulit / & primā cum duce Varro ratem.
Quā bene Meſſalam celebraſſe Tibullus amicū
Dicitur / atq; alios docta caterua uiros.
Sed uelut eſt pulchrū docti p carmina vatis:
Viuere: ſic numeris uiuere turpe malis.
Sic mea ſedulitas non eſt nō noxia forte:
Quæ ſeſe numeris tradit & arte tibi.
Offitiū renuo qđ nil niſi dedecus affert:
Nec me delitiis diuitiiſq; beat.

Nec mihi peiorem cupio det cera figuram:
Vt mea ridiculus rideat ora puer.
Et sic ridiculo decorari carmine nolim:
Ne rubeam pingui condecoratus ope.
Nam ueluti scriptor cunctis ridetur ineptus:
Sic per eum caudã scriptus ubiq; trahit.
Euenit ut talis cũ scripto scriptor operta:
Porrectus capsa thusq; piperq; ferat.
Quid faciã quæris: cupio te dicere virgo:
Et cupio laudes præteriisse tuas.
Dicere te cupio/quia mandauere sorores:
Et qui nõ paruo me domat igne deus.
Te rursus reticere uelim /quia carmina nostra:
Nõ possunt laudes cõmemorare tuas.
Et melius perhibent præconia magna taceri:
Quã tradi chartis carminibusq; parũ.
Sic ego suspensus te dicere teq; tacere:
Non ausim certo cor reprimente metu.
Sed maius fortasse nephas desistere cœpto:
Quã cœptũ quouis expediisse modo.
Pœnitet instantis galeatum fero duelli:
Consilium facto conuenit esse prius.
Ergo canã quocũq; licet tua lumina cantu
Inspicias mentẽ/non mea dona uelim.
Nobilis est animus quãuis ignobile munus:
Hoc mittas / illum tu mea diua cape.

Non mihi ſunt uires ſed fortis virgo uoluntas:
Hæc ſolet ingeniis una placere bonis.
Hinc fore confido tibi noſtra poemata cordi:
Cherilus & ſi ſim uel Cluuienus ego.
Sic mihi ſic animos uideo uireſq; paratas:
Tu mihi Calliope tu mihi Phœbus eris.
Dic quæſo (tua tu melius præconia noſti)
Quæ tua ſit uirtus nobilitaſq; tua.
Moribus: ingenio: doctrina: ſtemmate: forma
Exuperas græcas rhomuleaſq; nurus.
Cũq; deus nulli tribuat bona cuncta creato:
Vna nites cunctis condecorata bonis.
Non homo te genuit: genuit te Iuppiter ipſe:
Et dea de ſummi uertice nata Iouis.
Nam tua nõ hoĩs uox eſt/ nõ uiuida uirtus:
Nõ ſtudium: magni ſunt tua facta dei.
Si cytharam digitis animantem plangis eburnis
Pithius auratam tangit Apollo lyram.
Si cantas/cantũq; ſonas de more uenuſtũ:
Dãt Aganippei carmina blanda chori.
Si ſcribis ſcriptisq; tuos oſtendis amores:
Scribit ad Anchiſen tunc Ericina ſuũ.
Et tibi tunc cædunt antiquæ ſcripta Corinnæ:
Erineq; ſimul dat tibi uicta manus.
Alceuſq; timet: timet a te maſcula Sappho:
Tanta tuis ſcriptis gratia: tanta venus.

His tu non homines ſolũ: ſed ſaxa moueres:
Et traheres ſæuas ad tua uota feras.
Vnica Teutonicis es gloria nota puellis:
Nobile nobilitans terq; quaterq; genus.
Roſuida Saxonice virgo doctiſſima gentis:
Non eſſet ſcriptis anteferenda tuis.
Nemo fuit ſummus ſubito: ſubitoq; rotundus:
Paulatim metam tangere cuiq; licet.
Tempus erit quo tu diceris maxima Vates:
Tempus erit quo tu numinis inſtar eris.
Omen adeſt omen fœlicia fata ſecundent:
Margaretha mihi Calliopea uenit.
Calliopea uenit mihi Margaretha refulgẽs:
Quid ni? cum Muſam ſuſcitet illa meam.
Diuinũ uerſas pulcherrima virgo Platonẽ
Senſaq; facundi noſcis Ariſtotelis.
Criſippi longos argute ſoluis aceruos:
Aethereoſq; ſoles mente ſubire polos.
Non te Caſſiope: non te nimboſus Orion:
Non te Vergiliæ ſydera grata latent.
Nõ Athlanteo neſcitur ab æquore Corus:
Nõ Zephirus mundi ſpiritus ille ſacer.
Omniparens tenerã fecit natura puellam:
Ingeniũq; eadem rara virile dedit.
Quippe virago parum muliebria diligis arma:
Pro calatis chartas te tenuiſſe iuuat.

Erũditio hã virginis commendata.

Tu fragiles tenero nō torques pollice fusos:
Pro fuso folium tu calamumq; tenes.
Purpureis raro digitis tu fila reducis:
Pro filo prestat continuisse librum.
Alba peregrino non polluis ora colore:
Non oleo crines ambrosiaq; linis.
Est tibi sed studiū sanctos addiscere mores:
Et magis ingenium q̄ coluisse cutem.
Nobile nō ludit studiū uigilesq; lucernæ:
Non operam perdis docta puella tuā.
Tu recitare potes Rhomani carmina vatis:
Socraticos sensus tu recitare potes.
Iamq; Cleanteam deuoto pectore frugem:
Imbibis: & veterū dogmata sancta patrum:
Non te prætereunt grauiū præcepta sophorum:
Qui rerum fines que bona quæue mala.
Arguis imprimis Epicuri dicta subantis:
Sūma uoluptates cui placet esse bona.
Hinc & Aristippum quāuis sit ad om̄ia natus:
Et qui sectati sunt ea sensa notas.
Nec iuuat ille quidē doctas Hieronymus aures:
Fœlicem uacuū qui putat esse uirum.
Sed neq; Carneades naturæ prima retorquens:
Ad bona summa tuis auribus ille placet.
Dinomacus melius/meliusq; Calipho ꝓbatur:
Iucundū & rectum qui posuere bonū.

Nec bona ſumma negas tũ ſanctã ducere uitã:
Tũ quoq; tranquillã (qđ Diodorus ait.)
Gloriolã/uel opes/uel cætera munera ſortis:
Eſſe negas ſummũ (qđ uoluere) bonũ.
Ocia nec cenſes uel reddere ſola beatum:
Id qđ nõ pauci conſtituere ſophi.
Nec fœlix nimiũ tibi ruſtica uita uidetur:
Vt pleriſq; ſophis Vergilioq; placet.
Sed (qđ Ariſtoteli uiſum: diuoq; Platoni)
Tergeminũ ſummũ diſpicis eſſe bonũ.
Idq; probas quoniã numero ſunt om̃ia trino:
Et tria concludunt quicquid in orbe manet.
Iuppiter eſt trinus/trinoq; niteſcit honore:
Quod bene noſtra fides Pythagoraſq; refert.
Et primũ propriũq; bonũ contendis in uno
Eſſe animo/cuius munere uiuit homo.
Quippe deo ſimiles ſumus ipſa mente creati:
Sublataq; licet uiuere mente nihil.
Inde bonũ ponis nõ æqua lance ſecundũ
Quod bona forma facit corporeuſq; uigor.
Poſtremo uariæ ponis munuſcula ſortis:
Quæ ſunt in minimis cõnumeranda bonis.
Hæc tria fœlicem tantũ bona reddere cenſes:
Cũ mentem corpus diuitiæq; iuuent.
At per ſe uirtus eſt fœliciſſima rerum:
A ſummo ſiquidẽ defluit illa deo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432405-p0047-0

Diuitias formãq; malus poſſeſſor habebit:
Virtutem uero non niſi iuſtus habet.
Hæc aũt ſi cui ſunt omnia rite locata:
Sunt tibi iuditio rite locata meo.
Nam tibi (qđ dicũt oms) mens inclyta fulget:
Cedit & ingenio quæq; puella tuo.
Nec Caſſandra tibi uenit equiparanda fidelis:
Illa puellaris fama ſuperba chori.
Anteferenda tibi nõ eſt Cornelia Gracchi
Filia nõ Leli eſt anteferenda tibi.
Eſt coniuncta tuæ pariter ſapientia linguæ
Quod uix in ſummis eſt reperire uiris.
Deſine iam doctas extollere fama ſibyllas:
Deſine uirgineos iam celebrare choros.
Quid pulchrũ referã corp⁹/ vultuſq; modeſtos?
Quæq; ferunt mirũ lumina dia decus.
Exuperas forma Ledã/ Ledæq; puellam:
Quãuis hæc Paridem cœperit/ illa Iouẽ.
Hyppodamia tuæ nõ eſt æquanda figuræ
Quãuis æmonios uſſerit illa uiros.
Si tua forma foret vati conſpecta Melampo:
Dixiſſet/ Pero nil tua forma placet.
Si tua Mercurio facies ſpectata fuiſſet.
Mercurio ſais uix ſociata foret.
Nõ bene contulerit quiſq; nicteida tecum:
In ſatyrum quãuis uerterit illa Iouem.

LIBER PRIMVS

Iam nemo Danaem: nemo Minoida cantet:
Illuſtret potius tẽpora quiſq; ſua.
Sit ꝓcul a noſtro cœleſtis carmine Iuno:
Ét quaſcumq; ferunt aſtra tenere deas.
Sunt ſatis antiquis memoraræ uatibus illæ
Illarum laudes cuncta theatra ſonant.
Nunc deceat noſtras merito celebrare puellas:
Nũc deceat noſtros magnificare dies.
Quid ni ꝓpetuo recinã te carmine virgo:
Quidni uirtutes uiuificabo tuas?
Delia laſciuo ſi ſit cantata Tibullo:
Delia uix plantas tangere digna tuas:
Si Meuanati ſit Cynthia dicta poetæ:
Cynthia mandatis non ſatis apta tuis.
Lesbia doctiloquo fuerit celebrata Catullo:
Lesbia uix thalamo digna miniſtra tuo.
Quintiliamq; bonus cantauit Caluus amicam:
Illam quæ tecũ nomen habere nequit.
Municipiq; meo fuit unica cura Lycoris:
Illa quidem famæ non referenda tuæ.
Leucadiam Varro decorauit carmine quandã/
Quæ puto ſit titulis pene tacenda tuis.
Atq; alias alii: quarum ſors: gloria: uirtus:
Non ualeant laudes ſuſtinuiſſe tuas.
Sbrulia quinetiã meditentur plectra puellã:
Hæc inter ſi quid Sbrulia plectra ualent.

At (nobis ut ſint ſimiles in carmine uires)
Nō potis eſt ſimilis ſcripta iuuare uigor.
Præſentes illi faciles cecinere puellas:
Abſentem uero te mea muſa refert.
Dat facies anīos: plus & præſentia præſtat:
Implentur uiſo pectora noſtra deo.
O ſi te cultūq; tuū uocēq; remirer:
Vt fiam vates te faciente bonus.
Sic me nec docti ſuperarent ſcripta Properti:
Nec quibus Aoniis ora rigantur aquis.
Nobile qd dicā genus & generoſa parentū
Nomina? quæue tuos fama ſecūdet auos?
Qui genus ignorat Bunau generiſq; nitorē:
Theutonico claras neſcit in orbe domos.
Quid uel fortunas uel iā memoremus honores:
Quid tu contuleris contulerintq; tui?
Quis mare cōcludet? quis cōnumerabit harenā?
Populeas frondes ſidereaſq; faces?
Inclyta maiorū minus eſt tibi forma refulgens:
Quā tua ſit domui laus ſpecioſa tuæ.
Plura uelim. ſed plura negāt mihi carmīa Muſæ:
Vel potius tu me dicere plura uetas.
Quandoquidē uenient iūcto pede ſiue ſoluto:
Qui tua certatim nomina clara canent.
Iuſſa ſequor. valeas ætatis gloria noſtræ:
Et me (ſi mereor) ſæpe valere iube.

R. S.

LIBER PRIMVS

Ad Egregiũ I. V. doctorẽ Nouorum iuriũ ordinariũ Vittẽburgenſiſq; academiæ Moderatorẽ Chriſtophorũ Schuerlũ ſuum.

Cernimus ætheream Rector generoſe Mineruã:
Vittenburgenſes nunc habitare domos.
Cernimus & Phœbũ: Chariteſq; nouẽq; ſorores
Hanc vrbem miris condecorare modis.
Hoc ego mirarer: niſi dux Fridericus adeſſet:
Certatim ſuperum cui fauet alma cohors.
Qui ſancta morum ſuperat grauitate Catonẽ:
Neſtora conſilio: relligione Numam
Cui dudũ gemina redimiuit tempora lauro:
Deducta a ſummi vertice diua Iouis.
Vnde uiri uariis preſtantes artibus: atq;
Moribus hic ſedem figere ſæpe parant.
In quibus effulges moderator candide nr̃um
Inter parua uelut Cynthius aſtra micat.
Iureq; uirtutis ſpeculum uocitaris: & omni
Nobilitate nitens: ſpeſq; decuſq; tuis.
Hinc quoq; germane nobis dicentur Athene:
Hæc loca: & in noſtro carmine ſemp erunt.
Nec temere: hic colitur mirando Pallas amore:
Hic ſacre leges: diuaq; iura uigent.
Hic Sophia: & pariter medicĩa ab Apolline prio
Tradita mortali. nocte dieq; patet.
Hic ualet abſtruſum: ſiluis Academia uerũ
Querere: & Aoniis ſe ſaturare uadis.

Vſq; adeo pulchri ſeceſſus vndiq; rident:
In quibus Aonium fas reperire chorum.
Vnde & laurigerum poſſes acquirere ſertum:
Quod daret exculto turba nouena tibi.
Non igitur charos fratres: latiamq; Mineruã:
Pœnitet: & patrium deſeruiſſe ſolum.
Vt taceam largamq; manũ: moreſq; benignos
Principis: & ſtudium tempus in omne ſacrũ.
Ac quecũq; mei domini iuſtiſſima dona:
Afferrent uitæ tempora fauſta meæ.
Huic mea nitetur ſtudioſe Muſa iuuente:
Pallada cum Phœbo conciliare ſuo.
Principioq; legam Venuſini carmina cygni:
Carmina: quæ cantu promere quæq; ſolent.
Ac ſimul exponam Ciceronis ſcripta diſerti:
Scripta: quibus mens & lingua perita uenit.
Sed tu iam ualeas ſtudiorũ portus & aura:
Aeternũq; ſcias Sbrulion eſſe tuum.

R. S.

Ad Inſignem virũ Georgiũ ſup ſaxo.

Dulichiũ ueluti cõmendat Homerus Vlyxem:
Illum qui graiæ gloria gentis erat.
Celſa ſuper ſaxo feriens ſic culte Georgi:
Sydera: ab eximio vate probandus ades.
Quippe (uelut mores plures aſpexit & urbes
Pluraq; pernouit penelopeus amor.)
Vidiſti multos vir iucundiſſime mores:
Ac multas vrbes: multaq; mente tenes.

Vtq; olim vates memorabilis Ennius ille:
Triplex dicebat pectus ineſſe ſibi.
Tu quoq; tergemino gaudes nūc uiuere corde:
Tris callens linguas: nouit ut ille ſenex.
Singula quid referam uirtutū ſydera: quæ te
Efficiant patriæ ſpemq; decuſq; tuæ.
Sit ſatis illorum ſimilem te poſſe uocari:
Præferri multis qui meruere viris.
Sed te quid decorent tot tantaq; dona Tonātis:
Fac tua fortunet Sbrulion aura. Vale.

R. S.

Ad Aeliū Ceruinū Raguſinū poetā: ut ædat carmina.

Quid te difficilem præſtas Ceruine? precari
Quid pateris phœbeum ſidereas deas?
Si te formoſum tenero nutriuit ab vngui
Lacte Minerua ſuo: nonne canenda tibi?
Si tibi iampridem cytharā donauit Apollo:
Num renuis clarii dicere dona dei?
Palladii decus omne chori: decus omne ſororū:
Omne decus proauis: Aelius ergo tacet?
Quid te cū Nymphis ſacriſq; ſororibus æuum
Contriuiſſe iuuat: ſi tua fama latet.
Virtutes laudeſq; tuas cui ſcire licebit?
Prodire in lucem ſi tua Muſa pauet.
Tolle moras moneo peritura poemata nunq̄
Ede: nec inuidiæ labra maligna time.

Nã q̃d obeſſe poteſt niueo mala lingua poetæ?
Quid dentes curat culta Minerua ſuis?
Iãq; vale fœlix vatũ clariſſime princeps:
Ac me cũ monitis ſuſcipe quæſo meis.
Pro Domino VIrico Denſtet doctore:
canonico:cantore.
Infera ſi ſuperos tangunt munuſcula ciues:
Hoc quoq; Nicoleon tangere munus habet?
Si pia patronus non ſpernit dona clientis:
Non hæc Nicoleus ſpernere dona cupit.
Hoc immortalem mortalis munere donat:
Hæc quoq; patrono dat monumenta cliens.
At ne quẽ lateat qua ſint hæc tradita dextra:
(Nam multũ refert:ille uel ille ferat.)
Hæc dedit VIricus Dinſtet:quẽ teutona tellus
Quẽ laciũ miris tollit ad aſtra modis.
Quem ſancti decorant mores:cui uiuida uirtus
Conciliat terras:conciliatq; polos.
Qui Vittenberga ſublimis cantor in vrbe:
Qui iuris doctor canonicuſq; ſacer.
Deniq; & iſtius qui rector candidus ædis:
Moribus/ æloquio/ dexteritate uiget.
Diſtichon in conuiuio Saxonico.
Viuite fœlices & tali uiuite vultu:
Donec ſupremus uenerit ille dies:
Aliud de irremeabili ſtyge:
Tale Charon ſtygiis eructat carmẽ in undis:
Spẽ ꝑcul abiiciat quẽ mea cymba uehit. R.S

LIBER PRIMVS

In Nobiles & generoſas Eliſabeth &
Clarã Laurẽcias ſingulare probitatis
pudicitiæq; ſpecimẽ/ſorores ſuauiſſimas.

Ni uos ſuſpiciam meæ ſorores:
Optem.magnificem.colam.canamq;:
Me uel Thyreſiam licet uocetis
Vel me Gorgonea nouum figura
Dicatis ſilicem:nimiſq; durum:
Saxo perſimilem ſimul ſicano
Nec non me calibem putate factum
Qui non aſpiciam nouos colores
Qui non accipiam nouos calores
Ex ueſtris radiis ubiq; claris.
Vos non Penelope pudica uincit
Fama tam nitidi ſui pudoris
Quæ falſa potuit procos Minerua
Propter Dulichium uirum tot annis
Fruſtrari / mulier canenda ſemper
Non Cornelia uos diſerta uincit
Lingua conſilio decore forma
Non nos Iulia charitate uincit
Magni coniugio parum beata/
Quæ ſe perdidit ob ſuum maritum
Non uos Portia ſanctitate uincit/
Quæ deſiderio uiri periuit
Abſorbens auido rogos palato
Non Hypſicrateæ fides beatæ
Quamuis omnibus obſtupenda conſtet

Veſtram uel ſuperet uel æquet unq̃:
Mauſoli pietas amorq; nuptæ
Quæ uiuum fuerat uiri ſepulchrum:
Si uos reſpiciat fidemq; ueſtram
Infenſam uocet impiamq; ſeſe
Spartanæ quoq; uirgines maritis
(Quãuis extiterint pie boneq;)
Collate meritis boniſq; ueſtris
Toruæ difficiles feræ uidentur
Plauci quinetiam fidelis vxor
Si ueſtros uideat parumper ignes:
Dicat ſe gelidam fuiſſe nuptam
Et Lucretia comparata uobis
Illud Rhomulei decus pudoris/
Ponat laureolam diu retentam:
Et uobis tribuat locum ſupremum.
Omitto Danai fidem puellæ
Quæ ſe non dubiis dedit periclis/
Vt dulci pareret uiro ſalutem .
Euadnes taceo pios amores:
Quæ charum uoluit ſequi maritum
In charos ſaliens ualenter ignes.
Et Phegeia conticetur illa
Illa ardens nimium torum iugalem
In ſumma negligo referre chartæ
Quotquot tempora protulere caſta
Seu ſint Romuleo ſate parente/
Seu ſint Argolico ſatu creatæ/

Seu ſint barbaricum genus puellæ/
Tangentes titulis polum ſuperbis:
Nam quid contulerim canem leoni?
Agnos matribus & ſacrum prophano?
Vos & nobilius uiros amatis
Et cana melius fide micatis
Fama connubio:uigore:corde:
Quã uiuus ualeat ſonus docere/
Aut magni peraret manus poetæ:
Hinc mi plus nitidis nitetis aſtris:
Hinc mi plus oculis meis placetis.
Sic uos perpetuo ſciam ſorores:
Sic & Neſtoreos agatis annos:
Germanis:ſocero:uiris:propinquis:
Cunctis deniq; commodis beatæ:
Sed noſtri memores magis. Valete.

R. S

Ad Magnanimũ virũ Nicolaũ Sbruliũ parentem vnice dilectũ.

Quæritis vnde mihi placeat tritonia Pallas
Cum penitus noſtram neſciat illa domũ
Hoc eſt propterea quia nobile diligo nomen
Quod non tam proaui q̃ ferat ipſe Nepos
Nobilitas nobis a ſtemmate fluxit auito:
Hæc uetus eſt dignum duco parare nouã.
Sic mea nobilitas mihi ſanguine parta uetuſto:
Ingenio poterit clarior eſſe meo. R. S.

CLEOMACHIAE
Ad Strenuũ Stephanũ Sbrulium fratrem chariſſimum.

Si geſtis proauis eſſe ſimillimus
Et dici merito nobilis omnibus
Nec fruſtra patrium magnificas ſatum
Incumbe ſtudiis non niſi bellicis
Quando Theſpiades non licet aſſequi
Gradiuus ſiquidem Pallas & optima
Mortales ſuperis ſedibus inſerit
Heroas faciens ſemideum genus
Ergo cæſaream militiam pete/
Morem teutonicis principibus gere
Qui nunc imperium Rhomuleũ regunt:
Te fidum dominis redde clientulum
Si quæris proauis eſſe ſimillimus.
Quos ſcis teutonico ſanguine nobiles. R. S.

Ad Ingenuũ & ingenioſiſſ: Gunterũ de Bunau amicũ intimũ integerrimũq;.

Si Guntere tuum non complectamur amorem
Perſpicuamq; fidem.
Nos mare: nos montes: nos ſaxa tulere ſycana/
Tartareæq; canes.
Nec ſimus quo nos dignaris nomine: vates
Philoſophuſq; facer.
Nam tua nobilitas ſuper aurea ſidera fulget
Sanctaq; ſimplicitas.
Sbrulius offitiis Guntero uincitur uni
Pectoribuſq; piis.

Iecisti (uideo) sancti sundamen amoris/
Integritate tua.
Hũc nos q̃ celeres geminis amplectimur ỿlnis/
Cordeq; non gelido.
Labetur nunquã nostro de pectore uirtus:
Effigiesq; tua.
Præsenti præsens: absenti te fruar absens:
Lumine: corde: fide.
Non ita Patroclon seuus dilexit Achilles:
Thesea Pirithous.
Eurialum Nysus: Pylades uocalis Orestem:
Pythagorasq; suos.
Vt nos ex animo te semper amabimus omni:
Hic & ubiq; tui.
Ergo fores per te patefactas: hospes amoris:
Ingrediare frequens. R.S.
Ad Magnanimũ Contem Terlachium Triden/
tinũ Equitem splendidissimũ.
Vndiq; dum gladium uideo Contũq; Tridenti:
Hanc vrbem dixi Marcia turba colit.
Dũq; hoc miramur: sensim sentimus ut inter
Est contum Contes: gloria sola soli.
Quo fit: ut admirer potius præconia contis:
Quam Contũ aut quæuis bellica signa virũ.
Vnde tuũ cogor patriæ lux ampla decorem:
Scribere: Pierio præcipiente choro.
Gestit & æternũ mea te celebrare Thalia:
Cõmemorans titulos & benefacta tua.

Idq; cito faciet: quum nobis otia tandem:
Larga dabit ſummi gratia grata dei.
Sed tu iam ualeas vir ſpectatiſſime fœlix:
Sbrulion & læta ſuſcipe fronte tuum.

R.S.

Ad Eximiũ Gaſparem Steinbeck Parthenopolitani Archiepiſcopi cõſiliariũ &c.

Gaſpar Apollineæ nõ ultima gloria gentis:
Auſoniæ te noſter amor ſtudiũq; camenæ
Suſpiciunt: uariiſq; modis ſup æthera tollũt.
Primus eñ latio lætaris carmine ſaxo:
Ac Latios apprime modos & carmina calles:
Romuleoſq; canis rithmos: Thuſciq; poetæ:
Altiſonos uoluis nulla nõ luce triumphos.
Meonii magno numeri placuere Maroni:
In quibus oñe qdẽ ſtudiũ tẽpuſq; legendis
Condebat: uario contexens flore coronam
Optatas quo poſſet opes titulũq; mereri
Magnificũ: vateſq; cani qui primus in oris
Italicis tumido cantaret prælia uerſu.
Oenotrii Gaſpar moduli te ſæpe morantur:
Cum qbus & longas ſolitus cõſumere noctes:
Humanos defles caſus: & pectora damnas
Aſpera: Chriſticolæ qbus exagitamur iniqui.
Romanũ ueluti feciſti græcia vatem:
Oenotrio fiet ſic ſaxo carmine vates.

Ad Eundem Diſtichon.

LIBER PRIMVS

Accipe mi tenuem Gaſpar doctiſſime Muſam:
Et capit exiguas Ennoſigeus aquas.

R. S

Pro Paulo Vtteno Erfordiano Iuris
inſignia capeſſente ad Vittẽburgen
ſem academiã ꝓnunciatũ Carmen.

Aurea ſidereo uirtus habitabat olympo:
Om̃ia cũ mira condidit arte deus.
Tum uero noſtrũ cœlo deſcendit in orbem:
Cum fuit in ſexta luce creatus homo.
Quod puto diuinus quia nobis ſpũs adſit:
Et ſit in humano corpore forma dei.
Hæc igitur primo mortalibus obtigit ortu:
Vt memores uiuant nocte dieq; ſui.
Vt ſeſe noſcant celeſti ſtemmate natos:
Culturos ſummi regna beata Iouis.
Hinc ego demiror: cur pauci ſydera cernant:
Ad quæ ſunt homies inſpicienda ſati.
Hic trahitur parua Veneris dulcedine. at illũ
Bacche capis: ſeu tu nunc dea noſtra Ceres,
Hic ſequitur fuluos per mille pericula nũmos:
Hic populi ſtudiũ geſtit adeſſe ſibi.
Appetit hic pulchrã Friderici principis aurã:
Hic aquilam magni Cæſaris arma colit.
Sed quis uirtutem uero ſectatur amore?
Quis nam naturæ conuenit uſq; ſuæ?
Pauci nempe uiri bona uera & ſũma ſequũtur:
Exoptat paſſim dulcia quiſq; ſibi.

Deſpicitur uirtus: quia frondes geſtat amaras:
Sit licet in fructu: dulcis: amæna: placens.
Tu uero in paucis clariſſime Paule locandus
Virtutem ſummo ſemper amore colis.
Hac ſine non poſſes fœlicem ducere uitam:
Nec poſſes rebus conſuluiſſe tuis.
Hæc te canonicum fecit: iuriſq; peritum
Canonici: & celebrem mille per ora virū:
Hæc eſt in cauſa: raro quod honore capeſſas
Signa: quibus dici dignus ubiq; potes.
Hæc tibi Ioannem cenſura iuris utraq;
Inſignem: mira conciliauit ope.
Effecitq; nouo decoretur lumine tota
Contio: ob abbatis ora benigna ſacri.
Hac quoq; Iacobus ſaxonū gloria: iuris
Interpres gemini: ſyderis inſtar adeſt.
Hac uos egregii uario ſplendore magiſtri:
Ornatis totum nobilitate chorum.

Tetraſtichon ſuperadditum.

Cui placui: grates perſoluat Iuppiter amplas:
Concedens fauſtos hic & ubiq; dies.
At cui diſplicui: tanquā liuoris alumno:
Nulla dei faueat gratia: nulla viri. R S.

Benedictio Menſæ.

Trine Deus trino ſit fœlix numine menſa:
Appoſiti potus: appoſitæq; dapes.

Gratiarū actio.

Trine deus grates humili tibi ſoluimus ore:
Q. đ potu & dapib⁹ mẽbra refecta manẽt. R S

LIBER PRIMVS

Carmen poſt ſuſcepta ingenuarũ artiũ inſignia in Vuittenburgenſi Academia dictũ p grārũ actione.

Omnia virtuti parent ſummoq; Tonanti:
Cum nihil exiſtat nõ ab utriſq; datum.
Sed non eſt unus cunctis deus vnaq; uirtus:
Nam uarius uariis ſenſũs inеſſe ſolet.
Huic quandoq; deus ſtygiæ rex creditur aulæ:
Ac uirtus: quo non maius in orbe nephas.
Vſq; adeo a uero mortalia pectora diſtant:
Pauci quos ſuperũ diligat alma cohors.
Quis ueſtrũ terram preferri neſciat aſtris?
Si det iuditiũ terreus ipſe ſuum.
Quis ueſtrũ nigris poſtponi neſciat alba?
Si niger ex animo iudicet ipſe ſuo.
Quis ueſtrũ primã ſortiri neſciat auram
Barbariam ſi ſit barbarus ipſe caput.
Ergo non ſimili uirtus agnoſcitur arte:
Nec deus eſt ſimili notus ubiq; modo.
Hinc mihi rimandũ/ cui dignas ſoluere grates:
Et cui ſit meritum par tribuiſſe decus.
Principioq; tibi qui regnas trinus & unus:
Sit laus & ſoli gloria danda deo.
Deinde Panomphei genitrix & nata Tonantis:
Sponſaq; laudetur nomen ubiq; tuum.
Tu quoq; lenimẽ grauiũ Catharina laborũ:
Accipe deuoto carmina miſſa ſono.

Deniq; uos oms̃ qui regna ſuperna tenetis
Tollimus & grates ſoluimus ore pias.
Poſt hos principibus noſtris perſoluimus illas:
Quas potis eſt grates grata referre cohors.
Poſtmodo magnifico Rectori cuius honores:
Cantabit centũ noſtra Thalia modis.
Poſt Theodoce tibi qui cauſas noſcis ad vnguẽ
Sæpeq; cũ ſummo uerba Tonante facis.
Inde Sigiſmundo ſophia qui preſtat utraq;:
Quẽ Rhenus nec nõ Sueuia magna colit.
Tũ Mellerſtadio doctori ſolis ad inſtar:
Luſtranti noſtra quicquid in urbe nitet.
Nec te prætereo doctorũ Scheurle decanũ:
Qui ducibus uiuis gymnaſioq; decus.
Non te Laurenti iuris conſulte ſacrati:
Omitto noſtro primus in ore manes.
Et tu præcipue Volfgange inſignis utroq;:
Iure uenis de quo carmina grata canam.
Et pariter miro te prebes Schurphe nitore:
Qui iuris nodum ſoluere quẽq; potes.
Inprimiſq; tibi Amſdorffi generoſe Decane:
Tũ canimus grates tũ pia corda damus.
Et tibi ſumme patrũ pater o præclare Ioannes:
Qui tanto in cœtu ſideris inſtar ades.
Iam nequeo cunctis meritas exoluere grates:
Pro cunctis igitur talia uerba damus.
Iuppiter his nequeo quia me ſat reddere gratũ:
Pro pietate tua tempus in oms̃ faue. R. S.

LIBER PRIMVS

Ad Nobilem Ioannem Laurentiũ Faganeũ Sororiũ ſuauiſſimũ.

Quos mihi miſiſti modulos mellite ſorori:
His potuit ſane dulcius eſſe nihil.
Hinc ego perſpicio: quo ſim tibi iũctus amore:
Quo deſiderio detineare mei.
Non Ixioniden Theſeus ſic fidus amicũ:
Optauit ſtygiis eripuiſſe malis.
Nec ſic Androgeũ vitali lumine functũ:
Expetiit Creſſi uox miſeranda patris.
Non ita Dulichiũ geſtiuit uiſere littus:
Aeolias Ithacus cũ meruiſſet opes.
Non adeo Latium Troiani pectora regis:
Optarunt: ſummo præcipiente Ioue.
Nec ſic incolumen formoſa optauit Oreſtem:
Tantalis a crudo cæſa ſubinde viro.
Nec ſic Aeacides falſis Patroclon in armis:
Appetiit timidos exanimare phryges.
Nec ſic dilectũ Minois theſea quondam:
Quæſiuit filo demeruiſſe ſuo.
Quanta refers tibi uota: meã ſpectare ſalutẽ:
Et propius noſtrũ poſſe uidere caput:
Hæc tua dii faciant nõ irrita uota precamur:
Ac liceat lœto cernere cuiq; ſuos.
Non ego præſentes nolim ſpectare ſorores:
Aut ſaltem vultus frater amande tuos.
O mihi ſi Xanthus uel velox Cyllarus eſſet:
Quã uellem uoſtros mox tetigiſſe lares.

Quid loca diſiũgunt animis & ſanguine iũctos?
(Vna qdẽ nos mens ſanguis & unus habet.)
At nõ iſta diu nos interualla mouebunt:
Coniunget fœlix pectora noſtra dies.
Interea noſtri maneat tibi cura: nec vnquã
Sbrulius ex animo decidat ipſe tuo.
Viue: vale: uentisq; refer tua uela ſecundis:
Deq; peregrinis parua capeſſe malis.

Ad Nobilem Leonardũ Sbruliũ fratrẽ candidiſſimũ chariſſimũq; octaſtichon.

Rara nitet Latiis fratrum concordia terris:
Rarus amor: rari gratia rara Iouis.
Et nos in raro Leonarde uigemus amore:
Nam nobis frater ſumitur alter ego.
Tu ſine me Lidi contemnis flumina regis:
Teq; ego non glauci ſorte carere uelim.
Vna quidẽ nobis ſpes eſt: & ſpiritus unus:
Vna fides: unum pectus: & una ſalus.

Diſt: ad ſuũ Othonẽ Vuartbergiũ.

Dum pelagus piſcis: dũ ſyluas ceruus amabit:
Dum mea Muſa lyram: ſemper Othonis ero.

Otho Vuartbergius ſuo Sbrulio.

Sydera dum cœlũ dũ gramina campus habebit:
Sbrulion ex animo ſemp amabo meum.

Diſtichon de Virtute cõparanda.

Qui cupis æternũ virtutis querere nomen:
Pluma: Venus: yenter: ſint odioſa tibi. R S

LIBER PRIMVS

Suo Othoni Vuartbergio Artium & phiæ doctori.

Ecce ſacros etiam uexat Bellona poetas:
Non reges tantũ Cæſareumq; caput.
Peruigil adriacas agitatur Cæſar ad undas:
Vittenburgenſi torqueor ipſe ſolo.
Ecce uides nobis ut liuor inutilis inſtet
Audeat & ſanctas ſollicitare deas.
An qui phœbea ſunt cincti tempora lauro:
Excuſſo debent bella ſubire metu.
Scilicet æthereo quia laurus ab igne tuetur:
Laurigeris conſtat poſſe nocere nihil.
Hinc fera cœleſti uirtuti bella parantur:
Vt magis oppoſitis luceat illa malis.
Cui foret Auguſti perſpecta potentia magni?
Ni ferus egiſſet pectora ſacra furor.
Magna cothurnati cui cognita muſa Maronis?
Ni mala mouiſſet: corda pudica: lues.
Cæſaris ut multo ſpectatur gloria bello:
Spectatur uerus ſic quoq; uatis honos.
Sbrulius inuidulos non unius æſtimat aſſis:
Dũ maneat chari certus Othonis amor.

R S

Ad Magnanimũ Ioannẽ Antonium Laurẽtiũ Faganeũ ſororiũ ſuauiſſimũ.

Quod confuſa geris crudeli pectora bello:
Et tua fit longis tetrica uita malis.

Hoc ego non miror ſed te iucunde ſorori:
Hortor ad ingenii cõmoda prima tui.
Ignibus inſpicias aurũ fortemq; tumultu:
Prudentẽ caſu proſperitate pium.
Si tibi pacatam fas eſt traducere uitam:
Pax eſt incertis anteferenda bonis.
Sin te uel mauors uel ciuica factio uerſat
Eſt operepræciũ Martia caſtra ſequi.
Nam fortuna iuuat fortes animoſaq; gaudet
Corpora fœmineis prepoſuiſſe dolis.
Bella decet patria pro libertate mouere:
Et pro iuſtitia bella mouere decet.
Tu pro iuſtitia pugnes: patrioq; nitore:
Pro quibus & uitam te poſuiſſe iuuet.
Quæ bene geſſiſti: nullũ morientur in æuũ:
Edita ſidereo ſunr benefacta deo.
Quæ male geſſiſti uolucres redigẽtur in auras:
Edita tartareo ſunt malefacta deo.
Et quãuis nullo taceantur crimina ſœclo:
Hæc tamẽ ex ſeſe nocte premuntur atra.
Viuida ſtat ſemp uirtus: uitiũq; recumbit:
Morſq; mali comes eſt. propria uita boni.
Si tibi uirtutis ſpeties ſpectetur: & equi:
Heu quanto flagret pectus amore tuũ.
At tua conſilio melior ſapientia noſtro:
Et male Cecropio noctua fertur agro.
Nos tibi pro noſtro tantũ ſuademus amore;
Vt quæ ſponte facis nos quoq; uelle putes.

LIBER PRIMVS

Sæpius in nigro ſpectatū turbine nautam
Vectores etiā cōmonuiſſe ſolent.
Audiit Aeneā Siculis Palinurus in undis:
Quāuis cōſilio non opus eſſet ei.
Nec tu deſpicias inſigni predite ſenſu:
Quæ de cognato pectore uerba fluūt.
Id tibi conſulimus ratio quod cōſulit ipſa
Nam tua non aliter q̄ mea uita placet.
Ergo vale gemināq; puta te uiuere uitam:
Altera uita tua eſt altera uita mea eſt. R.S.

Ad Balthaſarem Phachū phiæ ꝓfeſſorē:
& Muſarum Antiſtitem ſuū.

Phacche meos ſine fine modos ad ſydera tollis;
Cur? quia iuditiū flagrat amore tuum.
Corripiunt aliqui carpunt: fodiūtq; ſubinde:
Cur? quia iuditium parturit ira ſuum.
Cādide Phacche meū poſito lege carmē amore:
Vt ſit iuditii certior aura tui.
Liuida turba meū ſumpto lege carmen amore:
Vt ſit iuditii clarior aura tui.
Aut hæc concipiat plures academia Phacchos:
Aut unus Phacchus carmina noſtra legat. R S

Ad Chriſtophorū Scheurlum
iureconſultum ſuum.

Candide liuidulos domuiſti Scheurle furores:
Neſcit candori liuor obeſſe tuo.
Edoceas quæſo qua talia feceris arte:
Vt tecum pariter liuida corda domem. R.S.

CLEOMACHIAE

Ad Christannū Baioariū Iuris interpretē.

Quos mihi misisti modulos Christāne medullas
Vrunt. fers scuas sæue cupido faces.
Est cū Christanno qui me prope perdit amādo:
Christophorus: Christo forte iubente: meus.
Quam lætor Latio qđ sit mihi fœdere iunctus:
Christophorus grādis sanguine: Marte/ fide.
Ecquis em̄ talem non complectatur amicum?
Quem Pallas: Charites: & Cytherea beant.
Hunc ego iampridē (si fas est uera fateri)
Diligo plus opibus luminibusq; meis.
Vsq; adeo uirtus hominis pietasq;: fidesq;:
Ingenium: mores: nobilitasq; placent.
Nempe reor simili quasi nos sub sidere natos:
Seu me respiciat: Scorpio: siue leo.
Omnis amicitiæ uis primo pendet ab ortu:
Quā sensim firmat: lingua: Minerua: Venus:
Hinc ego Christophorū cui talia cūcta supsunt:
Ardenter (sospes dum mihi uita) colam.
Scribere plura uelim/ sed morem cura gerendi
Efficit: ut missis eloquar ipse modis. R.S.

Ad clarissimū medicū Simonē Pistoris.

Siccine chare Simon sine me discedere queris?
Quo fieri pacto talia quæso putas.
Dic mihi: nōne mei uiuis pars altera cordis?
Ergo quas tentas protinus ire uias.
Me sine discedis doctor clarissime nunquā:
Nā mea te sequit̄ mens: ut auarus opes. R.S

LIBER PRIMVS

In Christianā Faciem distichon.

Hæc est ætherei facies humana Tonantis:
Hanc cole: perpetui qui sitis amnis aquā.

In Omniparētis virginis imaginem.

Hæc est nupta parens: & summi nata Tonantis:
Hanc cole: siderei cui pia cura poli. R.S

In liuorem.

Quid mea liuor iners ex tēpore carmina rides?
Quod rudis ipse nequis: me potuisse negas?
Hæc ego (nō desunt testes) ex tempore feci:
Quæ tibi nec tempus nec daret ulla dies.
Si plerisq; licet mendacibus esse poetis:
Cur uero potius non licet esse mihi?
I fuge pollutis nec carpas candida palmis:
Qui niger est debet nō nisi nigra sequi. R.S

Ad Veientiū Cymbriacū suū.

Me mea Veienti charissime laura reliquit:
Ignis laura meus: gloria laura mea.
Nec me fastidit quia castior appetat esse:
Deglubit centū publica laura uiros. R.S.

Ad Nobilissimū Degenardū Pfeffinger Principē illustrissimi Saxōie ducis &c. Friderici. cōsiliariū

Mecenas uelut est Venusino cultus olori:
Sic Degenardū Sbrulia Musa colit.
Teq; colens pariter Fridericū diligit ipsum:
Ipsum præcipue quē mea musa colit.
Nāq; secunda mihi magno sub principe cura es:
Cum sis a dño nobilis aura meo. R.S.

Ad Illustrissimos principes Friderici
& Ioannē germanos: Saxōiæ duces &c.

Si bene Phœbei pensetis munera vatis:
Hæc sunt aurifero uel potiora Tago.
Nā quid ppetuo reperitur nomine maius?
Quod dant parthenicæ plectra canora deæ.
Ergo ne doctas pudeat coluisse sorores:
Per quas ad superos est uolitare choros.
Pergite (qđ facitis) uestrū refouere poetam:
Complecti uestrū pergite mancipium.
Hoc unū decus est: hæc unica gloria uobis:
Cura quidē regū: cura poeta ducum.
Forsitan in nostra lyciū testudine numen:
Et nō vulgares inuenietis opes.

Ad Eosdem.

Quis uitare queat liuoris toxica: pestem:
Insidias: laqueos: tartareamq; luem.
Nemo quidē: nec si cœlo defluxerit alto:
Sitq; Panomphei cura suprema Iouis.
Tantus inest homini liuor rabiesq; maligno:
Vt uel in æthereos conspuat ille deos.
Quis seruatorē mulctauit morte Tonantē?
Liuor: & Hebraici liuida corda uiri.
Quis tibi Ioannes caput abstulit optime diuū?
Liuor: & Herodis liuida corda feri.
Quis cruce confixit Petrū? Paulūq; peremit?
Liuor: & attollens liuida corda Nero.
Quis collū gladio iussit prebere Iacobum?
Liuor: & Herodis liuida corda trucis.

Sed quid cõmemorem cũctos ex ordine diuos?
Liuida quos tantũ turba dedere neci.
Quis Marcũ gentis romane ꝑdidit aſtrũ?
Liuor: & Anthoni liuida corda mali.
Quiſue ſenẽ dulci uicinũ extinxit Hymeto?
Liuor: & Actei liuida corda chori.
Mille quid enumerẽ vateſq; ſophosq; nitentes?
Quis potuit liuor ferre ſubinde necem.
Candida liuidulũ ſummergit pectora uirus:
Candori liuor ſolus obeſſe ſolet.
Qui uitare cupit liuorem, liuidus extet:
Aut ſit Therſites, Codrus, & Irus iners.
R. S.

Ad inclytiſſimũ Principem Fridericũ
Saxoniæ ducẽ &c. Vnicũ dñm ſuũ
Regnat in aſtrigero tantum deus unus olympo:
Et decet hic unũ nos coluiſſe deum.
At Vittenberga nõ imperat unus in urbe:
Occupat imperiũ plurima turba tuũ.
Nos dños una plures neſcimus in urbe:
Tu dñs mihi ſis: frater & (opto) tuus. R. S

AD EVNDEM.

Ociolum capias grauibus dux optime curis:
Quod placeat nugis impoſuiſſe meis.
Hæ tibi (ni fallor) nulla non arte placebunt.
Inprimis quoniã non niſi uera ferunt. R. S

De patria ſua.

Hunnia me genuit, genuit me Iulia tellus:
Hæc eſt prima parens: illa ſecũda mihi. R. S

In Cleomastigen amuscum.

Desine pumilio rictu latrare canino:
Deridet leporis torua leæna minas.

R. S.

Hunc anno decimo Gronenbergensis alumnus:
Wittenburgensi pressit in urbe librum.

Tc 1810, 24

ULB Halle
002 374 331
3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432405-p0076-1

B. m.
II c
1810

ICVM PRINCIPEM
Marchionẽ: Turingiæ
i Electorẽ & guber
Musarũ columen
æsidium.

ẽQ VITIS FORO/
rtium doctoris ac
a wittẽburgensi/
Cleomachiæ
MVS

uartbergius
ctori.

Epigrammata vatis:
tra canora stupes
nt iam scripta leporis
m Teutonicũq; solum
rmana iuuentus:
ina culta: mei.

BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
HALENSIS
UNIV.- U. LANDES-BIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)